

C A P U T VI. 41

Utile igitur quod est vertit lien in alimen-
tum tām proprium, quām partium quarun-
dam vicinarum, cum quibus per vasa societa-
tem habet, v. g. omenti, mesenterii, intestini
tenuis, coli, ventriculi, &c.

Inutile, quia valde heterogenes est, aque-
um quippe & terreum, pro ratione videlicet,
utriusque hujus elementi prædominantis, ne-
cessariò vacuat per vias convenientes.

Quod enim aqueum est, vel ad alyum de-
ponit, vel ad renes, & vesicam, vel in habi-
tum corporis, vel denique in ventriculum.

AB

Quod terreum est, ob gravitatem suam
deorsum it per vasa ad anum ducentia, &
vel cum, vel sine alvi excrementis vacuatur.

Utrisque hujus (ut sic dicam) excrementi
vacuatio ubi non succedit, morbi fiunt, in
quibus neque omnia symptomata sunt à cras-
sis humoribus, neque omnia à tenuibus; præ-
valent autem modò hæc, modò illa. Omnes
autem sunt contumaces, parumque in illis
curandis proficiunt Medici.

Hæc est ἀσύνετος totius negotii. Quod
ut ne quem ob exilitatē fugiat: oportet (& id
imitatione Aristotelis) idē Αλεπρίδω διαγέδ-
όψι, beneficio accepto à Recentioribus,
non Anatomicis tantum, sed &
practicis.

C 5 Lie-